

H. Sax. G

795 b

[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

60566

Veteribus
CRUCIANIS.

Almae nomine Herae senex Philippus
 Vos, Sanctae Crucis optimos alumnos,
 Laeta voce salutat, hospitesque
 Gaudet Dresda sinu fovere doctos,
 Quos olim precibusque prosecuta est
 Votisque ad studium altius vocatos.
 Ac dulcis Cruciana Mater, esti
 Ter centum amplius illa vidit annos,
 Immutata manet Deique iussu
 Servat perpetuam sibi iuventam,
 Ruga et tristitia carens anili,
 Utque est munditiaeque amansque lucis,
 Tectum magnificum atque luminosum
 Fecit lauta sibi suaeque turbae.
 Nec soli sibi terminos ademit
 Aetatis Pater ac suprema Origo
 Mundi, quin etiam data est potestas
 Illi, quos videat sibi probatos
 Ac pro civibus optimoque Rege
 Nil non aut facere aut pati paratos,
 Servare incolumes per omne saeculum
 Mortisque eximere impetu tremendo.
 Hoc Mater Cruciana pollicetur,
 Ac Vos plus oculis suis se amare
 Testans, rursus «avete! avete!» clamat
 Et «salvete iterum!» senex Philippus.

DRESDAE,
 a. d. VI. Non. Mai. MDCCCLXVI.

Ex typographio E. Blochmanni et fil.

X
19. 03 81

Datum der Entleihung bitte hier einstampeln!

III/9/280 JG 162/6/86

Hist. Sax. G 7956

SLUB DRESDEN



3 0221782

1